



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Translatione. Tit. 4

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

TITULUS IV.

De Translatione.

SUMMARIA.

- 1. Postulationi affinis est *at differentiam.*
- 2. Regulariter prohibita.
- 3. Prohibitionis ratio duplex.
- 4. Balsamon qualem faci-
- 5. Permittitur Translatio aliquando.
- 6. Requiritur tum Superioris auctoritas.
- 7. Cujus olim, & hodie.

**P**ostulationi affinis est *Translatio*, quoniam in postulato locum habet, quando alterius Civitatis Episcopus postulatur in Episcopum.

Est regulariter, tam in Episcopis, quam in ceteris Clericis, prohibita. *can. Episcopo. 13. cum seq. Apostol. can. 15. & 16. Concilii Niceni. Statutum enim can. 6. Synodi Chalcedonensis. rel. in can. neminem. 1. dist. 70.* Nullum absolute ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui sunt in ordine Ecclesiastico; nisi specialiter in Ecclesia Civitatis vel pagi, vel Martyrio, vel Monasterio ordinatus designetur. Concilium Sardicense *can. 1. & 2.* se ab una Ecclesia in aliam transferentes, ne Laicorum quidem communione dignos habet: Carthaginense *can. 52.* depositos, Magistratibus secularibus puniendos tradet: Rothomagensis a Clero dejicit: *can. 33. sanctum. 7. qu. 1. Papa Leo epist. 82. ad Anastas. Thessalonic. Episc. rel. can. 31. si quis Episcopus. 7. qu. 1. & Concilium Meldense can. 30. rel. can. 32. si quis. 7. qu. 1.* utraque Ecclesia carere jubet.

Prohibitionis ratio est duplex. Odium ambitionis; *Sardicense Concil. can. 1. d. can. si quis Episcopus. Theodoret. histor. Eccles. lib. 5. cap. 8.* & vinculum matrimonii inter Episcopum & Ecclesiam contracti, quod hominum arbitrio dissolvi non potest. *c. 2. de translat. Episc.*

Balsa-

US  
nis  
glesia

4 Balsamon in cap. 15. Synodi Nicane. differentiam ponit inter *Metabasin*, id est, translationem, *Metabasin*, id est, transitionem, & *Epibasin*, id est, invasionem: translationem & transitionem permittit, non invasionem. Translationem esse dicit, quando Episcopus multiplici scientia instructus de sua Ecclesia in majorem Ecclesiam videntem auxilio destitutam traducitur ab Episcopis: *Metabasin*, quando vacans quis, jus Ecclesia à Gentilibus occupata, in vacantem transfertur à multis Episcopis: *Invasio* est à seipso, malis artibus.

5 Sed est verius Episcoporum Translationes & Transitiones omnes esse prohibitas, præter eas quas necessitas vel utilitas Ecclesie potius *can. mutationes. 34. cum can. scias. seq. can. tempor. is. can. in apibus. 41. can. pastoralis. 42. caus. 7. qu. 1. Vid. Socrates lib. 7. histor. Eccles. cap. 4. Hist. Tripart. lib. 2. cap. 8. Theodoret. lib. 5. hist. Eccles. cap. 8.*

6 Ad quas tamen Superioris requiritur autoritas.

7 Olim Metropolitanum cum sua Synodo, id est, cum Episcoporum suorum consensu: *Cedren. in Annalib. & Balsamon d. loco res. lib. Carnot. epist. 171. & In Capitular. Caroli Magni cap. 137. lib. 1. Hinc Papæ. c. 1. cum seqq. de transl. Episcop. Accedente, sed in Gallia Regis autoritate. Rebuff. in §. 1. verb. vacantibus tit. de Regia ad Prælat. nomination. facienda in Concordat. Datis de benef. sect. 6. cap. 3. in fine. Junge quæ scripsimus In juve nostro Canonico. h. t. & Tractatu de pop. Ecclesiast. eod.*

## TITULUS V.

## De Collatione Jure Ordinario.

## SUMMARI A.

1. Collatio quid. ferri Beneficia.
2. Vel est Necessaria, vel Voluntaria. 4. Voluntaria quando facta.
3. Illa quæ dicantur concus. 5. In ea gratificatione.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32